

1505. in Febr.

Ex Orig. Arch. Regni.
285.

Alexandri decretum inter Chlebawicz et
Korcowski de bonis Koryczno.

71

Alexander Dei gratia rex Poloniae ma-
gnae ducatus Lithvaniae, Russiae, Prussiae Sa-
mogitia, Kiouviae & dominus et heres &
Significamus tenore presentium, quibus ex-
pedit universis et singulis presentibus et
futuris harum notitiam habituris. Quia
quamquam superioribus annis et adhuc
regnante domino Casimiro felicis memora-
tionis patre nostro nonnullae controver-
siae et lites inter generosum Stanislaum
Korcowski ex una et generosam Betham
sororem dicti Stanislai Korcowski et ux-
orem olim generosi Jacobi Dowognowicz
capitanei Drohicensis partibus ex altera
acti fuerint, et hoc occasione certorum bo-
norum infrascriptorum, videlicet trium cu-
riarum oppidi et villarum ad eas curias
pertinentium. Prima curia Rudha, ad eam
pertinent villa Koryczno, Spyechno, Ho-
rodyszcz, due villa dictae Szarne, Syemy-
eny, Platon, Myrnyowo, Koztowo, Targo-
wo, Luboschki, Wilza Dubrowa, Wabiszcy-
no, alia curia et oppidum Mord; ibi per-
tinent haec villa Wicrothi, Szepelin, Czolo-

Colomyja, Tertia curia, ad eam pertinent
Bartowo, Samowo, Karczowo, Szechtacy
no, Laszkowice, et aliorum post morte
patris ipsorum nobilis pretoris Karczo
wshi, ad ultimum dicta Tethka una
cum marito suo supra dicto Jacobo Do
woyowicz in terminis Drohicis iuris per
sonaliter constituti, palam recognoverunt,
quia eis Stanislaus Karczowski eorum om
ni iudicio Drohicensi, de omnibus bonis
paternis et maternis, alias inde unquam
ad eum devolutis sive devolvendis satis
fecit, dicta etiam Tethka et marito eius
Dwoyowicz, ab eodem iudicio de supra
dictis bonis perpetuum silentium est in
dictum et decretum, prout liber tere
stris Drohicensis latius canit. Zophia ve
ro filia prenominati Stanislai Karczo
wshi, nupsit magnifico Stanislawo Alebowicz
palatino Plorensi et Mareschalo no
stro. Itaque mortuo Stanislawo Karczo
wshi patre dicta Zophia, omnia bona eius
quecumque, mobilia et immobilia ad di
ctam Zophiam et Maritum eius dictum
magnificum Stanislawum Alebowicz pa
latinum devoluta sunt. Tamen sepedicta
Tethka non contenta priori Drohicensi iu

iudicii decreto, quo sibi perpetuum si-
 lentium indictum est, quasi de dictis
 bonis aliquid sua interesset dicto ma-
 gnifico Stanislao palatino et uxori sua
 Zofie de iure litem movit, inserens
 se in partem hereditatis, ad quam nihil
 iuris habet, cum eidem hereditati iam
 dudum coram Drohicensi iudicio, una
 cum marito suo renunciaverat, etiam
 librum Drohicensem impugnavit quod
 in eo Fethka scriptum esset, sibi An-
 na esse nomen dicent, et non Fethka
 sed sive Anna sive Fethka, sive quo-
 cumque alio nomine se nominaverit
 tamen manifestissime constat uxorem
 Jacobi Dowaynowicz fuisse. Itaque
 nos quorum interest lites decidere,
 et eis finem prescribere, et iustitiam
 unicuique ministrare, adhibitis ad hoc
 consiliariis nostris, nobiscum tunc agen-
 tibus, habita super eadem causa diligen-
 ti cura et consilio inspecto etiam trans-
 pto libri Drohicensis de omnibus supra-
 dictis rebus decidimus, decrevimus, et
 sententiam tulimus in hunc modum
 qui sequitur. Cum generosa Fethka fi-
 lia olim generosi pratoris Kozzowski et

1505
et uxor generosi olim Jacobi Doroquo-
wicz quondam capitanei Drohicensis mari-
to tradita et plenè et sufficienter dotata
cum marito suo et filiis omnibus bonis
paternis et maternis, et alias undecumque
que ad eam devolutis sive devolvendis
coram iudicio Drohicensi legitime remu-
tiaverit et eidem Fethke et filiis eius
per idem iudicium Drohicense eterne
de dictis bonis silentium fuerit indu-
ctum, prout liber Drohicensis, cuius tran-
scriptum nos vidimus, latius canit. Ideo
nos cum consiliariis nostris dicta Fethke
et filiis eius de omnibus bonis supra di-
ctis perpetuum silentium imponimus et
deservimus, et omnia superscripta bona,
dicto magnifico Stanislao Hlebowicz,
quia ad eum iuste et legitime devoluta
sunt, et sui legitimi successoribus ad-
iudicavimus, ascripsimus, adiudicavimusque
per presentes, cum omnibus et singulis
dictorum bonorum possessionibus, ter-
ris cultis, seu colendis, agris, pratis ho-
milibus frumenti, pecuniarum dacionibus,
campis, sylvis, aquis, stagnis, lacubus, pi-
sini, piscaturis, rivis, molendinis aquati-
cis ventilibus et eorum emolumentis,